

ARANEARUM Tela: Si rumpatur, quis refecerit.
ARBOR. Nisi ferat fructus bonos, excidetur, & in ignem mittetur.
ATOMUS. Vix cernitur.
AVIS Manet canis, Vespere quis illam comedit.
BELLUM. Etiam armatis periculosum.
CARMEN. Cui, si vel Syllaba desit, aut exeret, exhibilis
Cic. in Paradisi.
CARCER. Angustus illi, qui libertatem amant. *S. Chrsost.*
Antiph. Stobe.
CENSURA. Quis in ea omnibus satisfecit?
CITHARA. Interquirit sonat.
COMICO-TRAGEDIA. Cujus ultimus actus semper de Morte.
Pius Pont. M.
CRIBRUM. Frustra aquam illi injectam retinere conatis.
CURSUS. Quotidie sepulchro propior. *Engelbertus Abbas de ortu, & fine Rom. Imper.*
CLEPSYDRA.
Hec, ut aquam tempus, sic tua vita clepsid.
DOMUS Ruinosa, ac fatiscens, quam variis casibus momento diruant, aqua, ignis, aer: opifex ipse, vel nutu
EPHEMERIS. Non ultra diem: & hanc haud longam
EXILIUM. Vox est Ecclesie nomine omnium hic viventium.
Diva Mater. Ade clamamus Exules filii Eoie. Quotquot ab Eva descendimus, Exules sumus. Ergo Exilium incolimus. Exilium est vita praesens. Exilium praeter alienum solum poenam, moeroreque dicit, vel connotat. Certè non aliter absentiam à caelo, ceu patria, ferunt iusti, quorum conversatio in caelis, quam Exules abesse à Patria.
Magdalenæ apparuit Christus ut Hortulanus. Joann. 20. 15. quoniam Exulem paradisi in eum Dominus ipsius revocabat, qui ex hortu ad crucem raptus est.
EXILIUM. Quotquot vitam immortalem, vocat Patriam, mortalem, ut Exilium agnoscit: Unde non nisi infans exire nolit.
FABULA. Quomodo Fabula, sic Vita. Non quandiò, sed quam bene ada sit, refert: Nihil ad rem pertinet, quo loco desinas: desine, tantum bonam clausulam impone. *Seneca Epist. 77.* Memento Aetorem te esse Fabulae, qualem Doctor esse voluit: Si brevem, brevi: Si longam, longæ. *Epistetus in Enchirid. cap. 23.*
FIDES. Intensa, remissa, ut Fidencem volent. *Stobe.*
FILUM. Quod facile rumpitur.
Clorbo colum basulul. *Lachesis met, & Atropos occidit.*
FLOS. Jam naribus adhibetur, mox pedibus calcatur.
FLUVIUS. In eo unda undam trudit, procella procellam, In vita, miseria miseriam.
FOLNUM. Viret, aret, ardet. *Greg. Triser.*
FOLIUM. Quod in paradiso ab arbore vita decidit. *Petrus Solatin.* in illud PL Non intres in Judicium.
Homerus:
Tale quidem est genus hominum, quale Foliorum.
FOLLIS. Vel acu tange, expirabit.
FUMUS. Index ignis, & incendii.
GLUMA. Folliculus est grani frumentarii, quem ventulus dissipat, & deicit. Gluma, & theca granum occultit, Vita hominis, merita.
HAMUS. Licet tentare omnibus: capere paucis.
HYSTRIUM.
Partes Caesaris ille.
Hic Mimi, hic Crassi, Sacraeque ille gerit.
IRIS. Colores offendit, non habet.
LABOR. A juventute. Pauper sum ego, & in laboribus à juvenute mea. *Pf. 87. 16. 15.*
LABYRINTHUS. In quo molles errores, & à Minois tauro, Caco-daemone, plura pericula.
LARQUEUS. Incautus.
LARVA. Quantum saepe monstrum sub monstro?
LECTUS. In quo mollior jaces, sed parum lucraris.
LUCERNA. in manu Dei.
LUNA. Nunquam in eodem statu.
LUSUS ALEX. in qua optimis quisque jactus Aleatori maxime expectendus est. Sed utcumque tamen ceciderit, adhibenda cura est, ut eo, quod casus tulit, rectissime utatur. *Plutar. de Tranquill. an.*
LUSUS TESERARUM.
In vita est hominum, quasi cum ludas Tesseris: si illud, quod maxime opus est, jactu non cadit: illud, quod cecidit forte, id arte, ut corrigas. Terent. in Adelph.

LUSUS CALCULORUM.
 Juvat videre hominem in vita laborem, & tanquam deservit fatigationem?
in tabula ponatur aperta.
Calculus. In vitro peragatur mille bella.
Ut nives nigras, nunc, ut niger alligat albos.
 Attende calculos, homines esse puta.
longo venit ille recessu.
Qui fuit in speculis, sic se committere rixæ.
Audet, & in praedam venientem decipit hostem.
Anticipat subit ille moras, & nullisque ligato.
Obligat ipse duos: hic ad majora movetur.
De citis, & frastra perumpat in agmina mandra.
Claustraque desitò populatur, venia vello.
Interea scissis, quamvis aceris, surgant.
Prælia militibus, plena tamen ipsa phalange.
Aut etiam paucis spoliata milite vincis.
Et tibi captiva velonam vitæ utraq; turbæ.
 Moc non tam pugna, quam vita humana simulachrum est.
LUSUS LATRUNCULORUM.
 Idem erat, qui Calculorum. Calculi latrunculi dicebantur: & divisi erant in turmas, colore divisi: turmis itaq; instructis, veluti, qui congregati acie parant, hinc inde sub imagine hostium concurrebatur.
 Haud secus concurrebat in Vita, ut in Tabula latruncularia ab hominibus Tu
Isidororum si ludis bella latronum
 Cautè agas, nulli facile fidas. **AD ATIV**
 Nam
 Gemmas iusto tibi miles, & scoffis erit.
LUSUS, SCACHIA.
 Differ ab hæcenus dictis. In eo tamen etiam
 Ludimus effigiem belli, simulatque ævis
 Prælia, buxo acies fistas, & ludicra regna,
 Ut gemini inter reges, albuque nigræque
 Pro laude oppositi centent bicoloribus omni.
 Quod in Scachorum alveolo, hoc fit in vita. Cerne tabulam
 lutoriam sexaginta quatuor areolis distinctam, novem lineis ex
 unaquaque parte se mutuo interfecantibus: in quibus duo scrupuli
 regum regum praesentem: duo alii reginarum: quatuor equi-
 phantorum turriregum, sexdecim denique minores pedium.
Scachorum ab alveolo vita hæc band discrepat.
Non loci plus Rex, quam Sotelles occupat.
Hic currit saliens, & ille utraque.
Sunt lignea omnia, cum nomen differat.
LANGUGO. Spes impii, quæ illius vita, tanquam Langugoque
 à vento tollitur. *Sap. 4. 15.* Quam facile levis exciccato existens
 herbæ flore materia, aut tenera lana mollietis in pomis à vento,
 tam facile vita dispellitur.
MANNA. Quod colligendum pro septima quietis die.
MARE.
Volvit, & curripit, naufragiumque frequens.
MOLENDINUM. Circumagitur semper, at non sibi, sed aliis.
MOMENTUM. Ex Philosophi illius sententiæ, qui rogatus, quid
 esset hominis vita, parumper moratus, se abscondit. *Rodulph.*
Agric. de Juvenc. lib. 1. c. 24.
MIMUS. Vitam, Mimium vocat *Epistetus in Enchiridio 9. 23.*
 quem illustrat *Simplicius. Seneca etiam Epist. 30. Thales, & H.*
Bion apud Laertium. Augusti quoque morturi quæstium fuit:
 Ecquid hunc Mimium vite fatis commode egisse videretur?
NAVIS. In qua ad portum tendimus omnes. *Greg. in Regist.*
NIX. Attactu mortui.
NOX. Cujus errores detegit ortus.
ORGANUM. Auram excludit, tacebit.
PICTURA. Quæ vel mollis spongia deleri potest.
POMUM. Fortis rubet, intus putet.
PORTA. Ad columen, vel orcum?
PULVIS. Memento, homo, quia pulvis es, & in pulverem re-
 verteris. *Gen. 3.*
PÆONIA. Flos, in quo ultra quingenta folia, cadat pluvia,
 Sol astuet, folia omnia decidunt: illic deo decor evanescit.
Hæc Rosa centupli ceu flore decora, caduca est:
Sic forma, & vite mox perit omne decus.
Festinat decurrere velos.
Flosculus. angustæ, miseræque brevissima vitæ
 Portio,

Portio, dum bibimus, dum festa, unguenta, puellas.
Poscimus, obrepit non intellecta senectus.
PILA. Jactari fluctu. *Petrarch. de remedi. fort.*
PRUINA.
Vita solet solvi morbo, ceu sole pruina.
PUNCTUM. Vix aliquid.
ROS. Non durat ad vesperum.
ROSA.
U Rosa manet viret, tamen ex mox vesper languet:
Sic modo, qui fuimus, cras levis umbra sumus.
Ab quam forma Rosacito deficit inclita pulchras!
Non ita celestis, quas Paradisus habet.
ROYA. Attollit, & deprimit.
SAXUM. Cave allidas navim. *S. Chrsost.*
SCENA. Eundè nax vltos, & mox, & h. *quæ dicitur*
Ud gradus pumidit, & qm nis dicitur.
Scena est hæc vita, & ludus: vel ludere disce
Seria postponitur, vel cruciare miser.
Tolle speratum, & omnia vana videbis. *Chrs. & S. Ynesus.*
SACCUS PERTUSUS. Quidquid inieceris, abjeceris.
SEMENTIS de melle nil certi promittens.
SAGITTÆ. Penna, atque volat, & evolat.
SCINTILLA. Neglecta magna saepe excitat incendium multis æternum.
SPECTRUM. Quod in tenebris errat. *Philo Jude.*
SOMNIUM. Heu mihi ubi sum? quid patior? quæ incendia? qui fluctus? quos hostes?
SPECULUM. Omnes prodit.
SONUS. Cum esse incipit, desinit.
SPINA. Tantum nata ad pungendum.
SYMPOSIUM dulce, & magnorum sumptuum.
SPONGIA. Ad lacrymas nata.
STIPULA. Per ignem subito cinis.
SPECTACULUM. Ipso caelo ad spectandum effuso.
SIMULACRUM. Formosum, sed lignum.
STILLA. Cadendo durat.
STADIUM. Ex quo pugil lassus iste festinat, ut vulneribus medetur. *Chrsost. & Hom. 6. de virtute.*
SPECULA. Miseriam.
TESSERÆ. Ludenti facit, vel fecus cadit, prout fors vult: sic & vita nostra, etiam dum fiat, cadit.
THEATRUM. In quo saepe pessimi quique honoratissimi locum obtinent. *Stob. Sermon. 104.*
TIBIA. Videre discrepet. *Cic. in Offic.*
TORRENS. Turbulentus, violentus, obstreperus. *Epistetus.*
TROCHUS. Ab rotante pendet. *Phocylides.*
TRUINA. Cujusque opus quantum sit, offendit.
VAPOR. Ad modicum patens. *S. Jacob. in Epist.*
VESTIMENTUM. Post usum, finis.
VALLIS LACRYMARUM. Quis nunquam flevit?
VITRUM. Pulchrum, sed fragile.
UMBRA. Putatur esse, & non est. *Engelber. Abb. de In-ter. Rom. Imp. cap. 17.*
UMBRÆ SOMNIUM. Sinihil umbra; quid, quæso, umbræ somnium?
URBS. In qua propter multitudinem incurfantium, alicubi labi necesse est, alicubi tuleri, alicubi respergi. *Sen. lib. 3. de Iracund. cap. 6.*
VINUM. Medicum accecit.
ZUPPOPE. Extrema gaudii luctus occupat. *Philomon.*
*** VITÆ HUMANE HIEROGLYPHICUM.**
 Vitæ hujus mortalis hieroglyphicum veteres statuunt Ignem, & Aquam, dicit namque *Arifot. lib. de vita, & morte* vitam consistere in calido, & humido, est, à calore, & humiditate in corpore coactis dependere.
 ROMULUS cum primum populum Romanum in centurias distribuisset, qui unam ducibat, manipulum scæni in conto præferebat: Unde & nomen manipuli mansit: Attamen Christiani eo symbolo vite brevitate expriment, juxta illud Prophetæ, Omnis caro fenum. *Isa. 40.*
 Alii vitam imaginem palmo, cui 4. digitæ ad hærent, expriment, inducti verbis Davidis *Psal. 39.* Ecce mensurabiles posuisti dies meos. Alii (palmares) legunt.

*** VITÆ DURATIO, CONSERVATIO, PROPAGATIO, LONGÆVITAS.**
Se primum earundem cause.
 Vitam in calido, & humido consistere paulò antè dictum est: Unde & illius duratio, aut brevitatis, in istem optime, aut parum aptè temperatis, & idoneam, vel exiguam proportionem habentibus consistit.
 At præter hæc alias causas extrinsecas advenientes Philosophi agnoscunt. Suntque imprimis corporum celestium influxus, siderumque aspectus, & irradiatio: tum ea, quam quisque in genitura, & ortu suo habuit, quam quæ ad regionem, in qua versatur pertinet.
 Facit quoque ad id foli, & regionis bonitas, aut inclementia, teste *Arifot. de gener. anim. c. ult.* Siquidem hæc corpus affluè alterant, ac permittunt, & nonnumquam ejus substantiam nimio æstu dissipant, nunc frigore arefaciunt, & congelant.
 Propter cæli, solisque favorem in ea India præter, quam Onot vocant, indigenas longævus, & integra valetudine esse perhibent, ita ut alii ad centesimum, & vigesimum annum eruda, viridique senectæ perveniant, alii etiam multo diutius vivunt.
 Item in quadam India plaga narrat *Plin. lib. 7. c. 2.* homines non expuere; non capitis, aut dentium, aut oculorum, rarò aliarum corporis partium dolore affici.
 Idem scribit gentem, quæ Pandora dicebatur in convallibus sitam, annos ducentes vivere solitam, in juvenia candido capillo, in senectute nigro.
 Ad hæc in fastigio montis Argi scribit *Solinus, c. 21.* oppidum fuisse Achorum nomine, in quo dimidio longior, quam illis regionibus incolentium vita prorogaretur.
 Multum etiam habet momenti ratio vidus: si enim is temperatus sit, maxime delabentis fluxum commodè reficit, vitæque servat, & promovet: si modum excedat, alendi vires labefactat, quod quotidiana docet experientia. *Legg. Plutar. in orat. de stu. caru. & in trad. de præcep. bone val.*
 Solent etiam vitam minuere labores intempestivi, animi perturbations, profusa corporis voluptates, frequentes curæ, assiduus moeror, cæteraque id genus, quæ aut naturæ calorem dissipant, aut coactum præfocant.
EXEMPLA. LONGÆVI QUI.
 Populi.
Josephus lib. 1. c. 3. Antiq. decem historicos laudat, qui vitam hominum tradunt modò sexcentos, modò nongentos annos superasse: Manethonem, inquam, Berosum, Mochum, Hestium, Hieronymum, qui phœnicum veteres historias collegit, Hesiodum, Hecatazum, Hellenicum, Acusillum, Ephorum: his etiam addemus Xenophontem, cujus auctoritate *Plinius, ac Valerius* utuntur, is enim regum maritimum ætates aliquot complexus, unum quidem vixisse tradit annos dc. alterum dccc. *Joan. Bod. Methodi hist. c. 8.*
 HELLANICUS ait, quosdam ex gente Epeorum, quæ est pars Ætolie, ducentes explere annos, eique subscribit Damiatæ, vel Damastes: hoc amplius affirmans, Fitorium quendam ex his maximam virum, staturæque præcipuæ, trecentesimum annum cumulasse. *Valer. Max. lib. 8. cap. 14. Plin. lib. 3. cap. 48.* Pictorum vocat.
 Muficani, Indie populi, centum, & triginta annorum ætatem agunt. *Sabellicus.*
 Seres Indi tam longæ dicuntur vitæ, ut ducentesimum annum excedant. *Strabo lib. 15.*
 In Tmoli montis cacumine locus est Tempis dictus, in quo vulgo cl. annos vivunt. *Plin. 7. lib. cap. 48.*
 Cynos Indorum genus Isgonnis annis centenis quadragenis vivere tradit. Æthiopsitem Macrobias, & Seras, & qui Athon montem incolunt: hos quidem, quia viperinis carnibus alantur: itaque nec capiti, nec vestibis eorum noxia corpori inesse animalia. Onesticus, quibus in locis Indie umbræ non sint, corpora hominum cubitorum quinquorum, & binorum palmorum existere, & vivere annos cxxx. nec senescere, sed ut medio ævo mori. Crates Pergamensis Indos, qui centenos annos excedant, Gymmetas appellat, non pauci Macrobios. Cretas gentem ex his, quæ appellatur Pandora, in convallibus sitam, annos ducentes vivere, in juvenia candido capillo, qui in senectute nigrescat. *Plin. 1. 7. c. 2. & Val. Max. lib. 8. c. 14.*
 Scripsit Solinus, Athon montem Macedonia, qui inter sex altiores mundi montes adnumerari debet, arcem Acoathon in vertice habere, cujus incolæ dimidio plus cæteris mortali- bus vivunt; nec ibi cineres aut aquis dilui, aut ventis evoli. Cui etiam sententiæ de vitæ diuturnitate Pomponius Mela subscribit. *Card. de Subl. lib. de Elem.*
 Ponè montes Rhiphaeos, ultraque Aquilonem, gens feli, si credi-

credimus, quos Hyperboreos appellaverit, annofo (ut Plinius inquit) degit ævo, hoc est, annis mille, ut ali produnt, & retulit Strabo. Ibi creduntur esse cardines mundi, extremique siderum ambitus. Vitium, gregatimque discordia ignota, & ægritudo omnis. Mors non fit facitate vite, epulatis, delibuturque senibus luxu, ex quadam rupe salientibus. Hoc illis sepulture genus beatissimum. *Cel. lib. 6. cap. 22. A. L.*

Septentrionales populi licet sub frigidissimo cælo, vulgo centum sexaginta, & amplius annos vivunt. *Olaus lib. 4. cap. 4. Septen. reg.*

Islandicæ quamvis ichthyophagi, sine medicina, etiam supra centum annos vivunt. *Olaus lib. 21. cap. 4.*

ADAM protoplastus annos natus cxxx. procreavit Seth, & supervixit dccc. annos, alios interim liberos utriusque sexus procreans.

CAIN ob interfectum Abel fratrem flagellantis conscientia stimulis actus, omnium se infidiis expositum fore metuebat. Cæterum Clementissimus Deus ei vitam in septimum usque generationem concessit, ut milles moreretur, & perpetuo mortis metu puniretur, diuturnoque conscientia igne veluti expiaretur: expiatus demum à Lamech imprudenter interficeretur. *D. Hieron. ad Damasum.*

SETH anno ætatis c. genuit Enos, & supervixit dcccvii. Eno anno. xc. procreavit Enan, & postea vixit dcccxv. Enan. lxx. genuit Mahaleel, & supervixit dcccxl. Mahaleel lxx. genuit Jared, & vixit postea dcccxxx. Jared cxxii. genuit Enoch, & supervixit dccc. Enoch lxxv. Mathusalem, & post ccc. annos à Deo fublatu, nunquam exiit. Mathufala clxxxvii. genuit Lamech: supervixit dcccxxxii. Lamech clxxxii. Noe procreavit: supervixit dclv. Noe d. genuit Sem, deinde Cam, & Japhet, *Ex Genes. cap. 1. Supervixit cccc. annos Gen. 9.*

SEN filius Noe anno centesimo ætatis, biennio post diluivum, genuit Arphaxad, & vixit postea d. annos. Arphaxad cccclxxv. ejus filius Cain dxxxiii. Cain genuit Salam, qui anno xxxix. genuit Heberem, & supervixit cccciii. Heber anno xxxiv. genuit Reu: supervixit ccccxxx. Phaleg an. xxx. genuit Reu: supervixit cccix. Reu an. xxxii. genuit Sarug, vixit postea ccvii. Sarug anno xxx. genuit Nachor, & vixit postea cc. Nachor anno xxx. genuit Thare, supervixit cxxx. Thare pater Abraham ex Ur Chaldaeorum in Chanaan migrans, anno ætatis ccv. moritur. *Gen. 11.*

ABRAHAM clxxv. annos natus, obiit. *Gen. 25.* Ismael Abraham ex Agar ancilla spurus, cxxx. anno vita functus est. *Genes. 25.* Isaac Patriarcha clxxx. annorum obiit, & à filiis Jacob, & Esau sepultus est. *Genes. 35.* Jacob Patriarcha anno clxvii. in Aegypto moriens, Joseph filium Sacramento obstrinxit, ut sese in Chanaan sepeliret. *Gen. 47.*

JOB clx. annorum numero nepotum ferie ditatus ad quartum usque genus obiit. *Job ultimo.*

MOYSES Propheta centum, ac viginti vixit annos: vegeto corpore, & intergrus sensibus, ac si annum quinquagesimum non superasset. *Deut. ul.*

AARON Pontifex primus Israelitarum, in monte Hor obiit anno xl. post egressum ex Aegypto Israelitas, primo die mensis quinti, annos natus cxxxii. *Num. 33.*

HELI Sacerdos summus xlii. annos vixit. *1. Reg. 1.*

Vide Tr. Casu, in Ruina mortui.

JOJADA Pontifex, qui Joam cædi Athaliae creptum regem fecerat, annos cxxx. natus mortuus est, & regio sepulchro Hierosolymis sepultus. *2. Paral. 24.*

TORIAS senior obiit anno ætatis clviii. Ninive sepultus cum Anna uxore. Tobias filius annos natus cxxxvii. Ecbanis in Media obiit. *Tobi. 14.*

SYMON Cleophe, secundus Hierosolymarum Episcopus, sub Trajano principe crucifixus, senex robustus, cum jam centum viginti ageret annos. *Fulg. lib. 8. cap. 14.*

NESTOR Nelei F. rex Pyli, senex ab Homero *Iliad. a.* introductus, quando inquit:

Τῆ δ' ἰδὴ δὴ μὲν μνηστῆρας ἀνδρῶν πόνυ ἐπιδόει, οὐ δὲ πρόβην ἀνὰ πρῶν πρὸ δὲ ἐπὶ νεῖοις ἐν πύλοισι θῆκεν, ἢ δὲ πρῶτον ἀνδρῶν.

Item *Odyssea tertio:*

ἄριστος δὲ μὲν πρῶτος ἀνδρῶν γῆρας ἀνδρῶν. Ἴλιον ἄνθ' ἄνθ' ἐξεγίσησθε ἄνθρωποι τρία ἑκατά, φάμα ἐστὶν.

Interpretantur quidam *πύλος*, spaciū 30. annorum, & sic Nestor superaverit 60. annū; quandoquidem ex *Ariflor.* & quoque sententia in 8. *Politiar.* ætas hominis Æconominæ, & Republica numeribus apta est anno 35. tunc enim jubet uxorem ducere, & ad Rempub. accedere. Alii verò, quod verissimilius est, & ætatem Nestoris magis illustrem reddidit, existimant, Nestorem duabus ætatibus hominum, hoc est, civium suorum, supervixisse, cumque reliqui omnes vel bello, vel fame, vel morbo perissent, solus Nestor bis omnes has calamitates evasit, & jam tertiat ætati imperabat. Avis, quibuscumque adoluerat, supervixit: supervixit etiam patribus, qui jam viro existente Nestore adolesebant: imperat nunc filiis, qui jam sub Nestore primum ad Rempub. accedebant. Demum enim, Nestoris adhuc juvenis coæquales fuisse cives, quantequam ad 50. pervenisset annum, omnes perierunt, relictis post se liberis. Hac prima est ætas. Liberi, qui cum patribus viginti annis vixerant, istem mortuis supervivunt 30. & relinquunt post se liberos. Hæc altera ætas, Sic jam, subduci stationibus, octoginta annis duas ætates hominum superaverit Nestor, & tertiat ætati viro imperaverit. Hoc est, quod Germani dicunt, *Erebart die fast. Zuvor, garize mal. Werlebe, juvenalis Satyra 10.*

Rex Pylius (magno siquidem credit Homero) *Exemplum vita fuit à cornice secunda.*

Felix beu nimium, qui per tot secula mortem *Diffult, atque suis jam dextra computat annos.*

EPHORUS Arcadium reges quosdam ccc. annis vixisse testatur *Plin. lib. 7. cap. 48.*

CYNIRAS rex Cypriorum 160. teste Anacronte. *Idem.*

ARGANTHONUS Gaditanus, five Tartassius, tam diu regnavit, quam diu etiam ad satietatem vixisse abunde foret. Octoginta enim annis patriam suam rexit, cum ad impetium quadraginta annos natus accessisset: cuius rei certi sunt auctores. A finibus etiam Pollio, non minima pars Rom. styli, in 2. *lib. 1. lib. 10.* centum illum, & triginta annos expluvise commemorat, & ipse numerose vivacitatis haud parvum exemplum. *Kal. Max. lib. 8. cap. 14. Plin. lib. 7. cap. 48. ex Anacronite Boeta cl. annos ei tribuit, & 80. regnatæ scribit, 40. cepisse.*

XENOPHON com. *ἡπείρου*. Latiorum Regem octingentis vite annis donavit: ac ne pater ejus parum benigne acceptus videretur, ei quoque sexcentos assignavit annos. *Kal. Max. lib. 8. cap. 14. Plin. lib. 7. cap. 48.* quānno non folas fuiffe opinatur, sed ad lunc ætatem, vel trientrem referendos arbitrat.

NUME POMPEII *excessus non fuit subitus, neque repentinus, sed senio, & lenta ægritudine pedetentim contabuit, ut scripsit Pabo. Deceffit non multo pluri, quam octog. annus. Plut. in Numa.*

HIERO Sicilia rex, amicus Romani Populi ad nonagesimum pervenit annum. *Val. Max. lib. 8. cap. 14.*

ATTILA Hunnorum rex cxxiv. annos natus in nuptiis perit uti supputat *Nicol. Olaus in ejus vita.* Sabellicum reprehendens, qui lvi. annos tantum ei tribuit. *lib. 1.*

ALBERTUS II. Saxoniae dux, princeps pacificus, & qui singulari zelo insectabatur latrones infidantes publicis incertibus, supra centum annos vixit, sic ut filius, & nepotibus, & pronepotibus ante se defunctis, Rodolphum in quinta generatione nepotem habuerit Electoralis dignitatis primū successorem. Nam filios genuit Rodolphum, atque Ottonem, ante patrem, defunctos. Otto filios non reliquit: sed Rodolphum Joannem, qui etiam avum moriens reliquit, & Joannem filium, qui & ipse superstitem fecit proavum, reliquens filios Joannem, & Albertum, quorum uterque reliquit prolem masculam. Sed mortui sunt, & illi, avo superstiti Alberto, qui per omnium horum tempora sustinuit solus dignitatem Electuræ, camque reliquit Rodolpho Alberti filio. *Crantz. lib. 8. cap. 29. 1. lib. 9. Sax. cap. 25.*

Duces, Milites.

JOSEPH F. Num ex tribu Ephraim, dux populi Israelici post Moysen, annos natus ex. obiit, & sepultus est in finibus sui patrimonii Camnathæze, in monte Ephraim sitæ ad septentrionem Gaasii montis. *Josep. cap. 24.*

CALIPH Josue in terra sancta exploranda focus, octoginta quinque annorum, nullum omnino nec corporis, nec animi defectum fenebat. *Josep. 14.*

Sub Ludovico Juniore Francorum rege obiit Joannes à Stampis, quem, per errorem, A temporibus multi vocitant, ob diuturnam vitam. Plus trecentis sexaginta vixisse annis cum faciunt:

Senatores, Politici homines.

Deceffisse Aristidem alii in Ponto memorant, quod navigaverat resp. causa à Athenis ex senio, à civibus honoratum, atque celebratum. *Plut. in Aristide.*

M. FURIUS CAMILLUS ætate jam longa exacta, gravia, & periculosa obivit bella: non minori consilio, & constantia, quam cum integritate fuit. *Sub. lib. 1. cap. 7.*

APPII CLAUDII Cæci ævum elade metiret (quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit) nisi quatuor filios, quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc calu gravatus fortissimè defendit. Quinetiam festus jam vivendo, lectica se in curiam deferri iussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominat, à quo patria, quod hominem erat per se partem cernens, coacta est providere? *Val. lib. 8. cap. 14.*

M. VAL. CORVINUS, tribunus militum, sub Camillo reliquias Senonum persequente, centesimum annum complevit, cuius inter primum, & sextum consulatum quadraginta sex anni intercesserunt. Sella curuli semel, ac vicies sedit, quoties nemo alius: sufficere integris viribus corporis, non solum speciosissimis Republicæ ministris, sed etiam exactissimæ agorum suorum culturæ, & civis, & patrisfamilie optabile exemplum. *Idem.*

Hujus vitæ spaciū æquivit L. Metellus, quattoque anno post consularia imperia fenex admodum Pont. Max. creatus, utalem ceremoniarum prænus, & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæsitante, neque in sacrificiis faciendis tremula manu gessit. *Val. lib. 8. c. 14. 1. Cal. lib. 19. c. 20.*

Q. FABIUS MAX. duobus, & sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta jam ætate id adeptus. Quæ utraque tempora si in unum conferantur, facile seculum modum expleverint. *Val. lib. 8. cap. 14. 1. Plin. lib. 7. cap. 48.*

M. CATO præp ad tertiam ætatem, sicut Nestor, vita, & actionibus pervenit. Namque cum Scipione Africano majore magnis contentionibus in repub. habitis, pervenit ad Africanum minorem, qui fuit illius adoptione nepos, filius Pauli, qui Perfen, & Mæcedonas debellavit, *Plut. in Catone.*

M. PERPENNA vixit annos 98. & omnibus, quos in Senatu rogarat, superstes fuit: septem tunc tantummodò, quos Censor collega L. Philippus legerat, & patribus c. reliquos vidit, toto ordine amplissimo diuturnior. *Val. lib. 8. c. 14. 1. Plin. lib. 7. c. 48.* qui idem L. Volusio Saturnino tribuit.

Literati homines.

Fertur epigramma quoddam Pindari de Hefodo:

ἦτοι δὲ ὀφθαλμοῖς, ἢ δὲ οὐκ ἀνασθαιρας

ἦτοι δὲ ἀποπνεύσειν ἢ οὐκ ὀφθαλμοῖς.

Eum bis pubulisse dicit, extremam senectam significans, quasi pueritiam referat. Bis item sepultum, quod cum in Loeris occisus, & in mare abjectus esset, Loerenses cadavere agnito, auctores cædis comprehensos in mare præcipitavit, & Hefodum in Nemeo sepeliretur. *Plut. in Convivio septem sapientum Erasmi. in proverb. Hefodis senectæ.*

EPIMENIDEM Gnosium Theopompus dicit septem, & quinquaginta, & centum ann. vixisse. *Val. Max. lib. 8. cap. 14. 1. Plin. lib. 7. cap. 48. Laert. ex Phisgone.* Ad Cretenfes cum 299. vixisse ajunt.

DEMOCRITUS ABDERTES, an. civ. mortuus est abstinentia cibi. Totidem annos vixit Cæcilius historiae scriptor, & (ut in Anallibus Apollodorus refert) mer deambulandum vivendi finem fecit. *Agatharchides lib. 1. Hist. Athene 9. scribit, Pliet. historiarum; cum is & temporis multum in expeditionibus*

bellicis tolerasset, & in pugnis permultis accepisset vulnera, annos natum totidem, deceffisse. *Phlegon. Trallianus.*

HIPOCRATES Cous medicus, vixit apud Perdicam Macedoniae regem, excessit annos natus civ. Larissa. *Volat. lib. 6. Urban. comment.*

SOPHOCLES Tragicus jam extrema senectute, à filiis accusatus est dementia. Atis pro Apologia judicibus recitavit fabulam, quam proximè scripserat: rogans, nun ea videretur delirantis. Fertur & hoc dixisse: Si sum Sophocles, non delitose deliro, non sum Sophocles. *Erasmi, lib. 3. Appopi.*

ORILLIUS Beneventanus, grammaticus Ciceronis tempore insignis, & plagosus, vixit præp ad centesimum annum, amissa jam pridem memoria. Testis est *Tranquillus de claris Grammaticis, 1. 1. Vol. lib. 17. Antrop.*

EUPHRANOR grammaticus Latinus, ejus discipulus fuit Appion, centesimum excessit annum, & per æm ad huc ætatem docere solebat. *Guido Biat.*

DEMONAX Hadriani tempore Philofophus, deceffit serè centenarius, fumeratus publicè magna civium frequentia, teste *Luciano, 1. 1. Vol. lib. 15. Antrop.*

Apollonii Tyanæ Avus, Philofophus annos centum, ac triginta, ut testis est *Philostr. in vita Apol. 1. 1. Vol. lib. 13. F. cap. 4. Antrop.*

GALENUM Philofophum, & medicum singularem, Pergamenum, memoratæ proditum à nonnullis est, centum, & quadraginta annos vixisse, tantaque in cibo, & potu abstinentia usum, ut ad satietatem nunquam comederit, aut biberit, nec crudum quicquam unquam gustarit: unde fit factum, ut odorificum semper anhelitum spiraret, sed quod longè apud mirabilis est, citrà ullam omnino affectionem, sola defecit, senectute. At Suidas Galenum annos lxx. vixisse ait: & ipse met Galenum multis in locis morbos, quibus laboravit, enarrat. *Calius lib. 30. cap. 12. A. L.*

Cæcilius historicus protracta vitam ad annos civ. juxta *Apollod. in Anall.*

Idem de Hieronymo historico, postquam plura in bello vulnera accepisset, refert *Agatharchides lib. 1. Hist. Athene. Quirici alii.*

CÆLIUS scribit, Marini quendam vixisse annos cxxiii. cuius antica corporis humana fuerit, postica equina. *Egimio cc. annos vite tribuit Anacron poeta apud Plin. G. lib. 7. cap. 48.*

Longævorum ex censoriis tabulis Romanis Catalogum *Phlegon Trall. lib. de Mir. 1. 1. longævus* contextit.

Et centu, quæ intra quadriennium Imperatores Casares Vespasiani, pater, filiusque, censorios egerunt, in media Italia parte, inter Apenninum, Padumque, centum viginti annos Parmæ tres edidit, Brixelli unus. cxxv. Parmæ duo cxxx. Placentiæ unus. cxxxi. Faventiæ una mulier. cxxxi. Bononiæ L. Terentius Marci filius. Arimini verò M. Aponius C. & L. Tertulla cxxxvii. Circa Placentiam in collibus oppidum est Vellejacum, in quo ex. annos sex detulere, quatuor centenos vicens, unus cxi. M. Mutius M. filius, Galerius Felix, in regione Italica octava centum annorum centi sunt homines quinquaginta quatuor, centenum denum homines quinquaginta septem, centenum vicenum quinquaginta duo, centenum tricenum homines quatuor, centenum tricenum quinquaginta, aut septenum totidem, centenum quadragenum homines tres. *Plin. lib. 7. c. 49.*

ALEXANDER Cornelius in eo volumine, quod de Illyrico tractu composuit, affirmat, Dandonem quendam ad quingentesimum usque annum nulla ex parte senescerentem proceffisse. *Val. Max. lib. 8. cap. 14.*

T. FULLONIUS Bononiensis, in Claudii principis censura, dinumeratis ab eo diligenter annis, ne qua inest fraus, inventus est, annos centum, ac quinquaginta superasse. *Fulg. lib. 4. cap. 14.*

Mulieres.

Sibyllæ vivacitas proverbio locum fecit. *Propert. Eleg. 1. 2. At me non eras mutabit tota Sibyllæ.*

Sibyllæ ætatem pro quantumvis longa possuit. Hanc *Virgilius 6. Æneid. lib. longævam Sacerdotem* vocat. Ex *Servio* vicium enarrans locum, adscribit, Apollinæ amore Sibyllæ captum, et postcedi, quod vellet, arbitrium dedisse: illam haustus arenis, tantum poposcisse vite. Id Apollo fieri posse respondit, si Erythræam insulam relinqueret, nunquam patriam terram revivita. Venit itaque Cumas, ubi corporis viribus defecta, in sola voce vitam retinuit. Quod ubi cognovissent illius cives, incertum invidia, an commiseratione, epistolam ad eam miserunt,

Senatores, Politici homines.

Deceffisse Aristidem alii in Ponto memorant, quod navigaverat resp. causa à Athenis ex senio, à civibus honoratum, atque celebratum. *Plut. in Aristide.*

M. FURIUS CAMILLUS ætate jam longa exacta, gravia, & periculosa obivit bella: non minori consilio, & constantia, quam cum integritate fuit. *Sub. lib. 1. cap. 7.*

APPII CLAUDII Cæci ævum elade metiret (quia infinitum numerum annorum orbatus luminibus exegit) nisi quatuor filios, quinque filias, plurimas clientelas, rem denique publicam hoc calu gravatus fortissimè defendit. Quinetiam festus jam vivendo, lectica se in curiam deferri iussit, ut cum Pyrrho deformem pacem fieri prohiberet. Hunc cæcum aliquis nominat, à quo patria, quod hominem erat per se partem cernens, coacta est providere? *Val. lib. 8. cap. 14.*

M. VAL. CORVINUS, tribunus militum, sub Camillo reliquias Senonum persequente, centesimum annum complevit, cuius inter primum, & sextum consulatum quadraginta sex anni intercesserunt. Sella curuli semel, ac vicies sedit, quoties nemo alius: sufficere integris viribus corporis, non solum speciosissimis Republicæ ministris, sed etiam exactissimæ agorum suorum culturæ, & civis, & patrisfamilie optabile exemplum. *Idem.*

Hujus vitæ spaciū æquivit L. Metellus, quattoque anno post consularia imperia fenex admodum Pont. Max. creatus, utalem ceremoniarum prænus, & viginti annos, neque ore in votis nuncupandis hæsitante, neque in sacrificiis faciendis tremula manu gessit. *Val. lib. 8. c. 14. 1. Cal. lib. 19. c. 20.*

Q. FABIUS MAX. duobus, & sexaginta annis auguratus sacerdotium sustinuit, robusta jam ætate id adeptus. Quæ utraque tempora si in unum conferantur, facile seculum modum expleverint. *Val. lib. 8. cap. 14. 1. Plin. lib. 7. cap. 48.*

M. CATO præp ad tertiam ætatem, sicut Nestor, vita, & actionibus pervenit. Namque cum Scipione Africano majore magnis contentionibus in repub. habitis, pervenit ad Africanum minorem, qui fuit illius adoptione nepos, filius Pauli, qui Perfen, & Mæcedonas debellavit, *Plut. in Catone.*

M. PERPENNA vixit annos 98. & omnibus, quos in Senatu rogarat, superstes fuit: septem tunc tantummodò, quos Censor collega L. Philippus legerat, & patribus c. reliquos vidit, toto ordine amplissimo diuturnior. *Val. lib. 8. c. 14. 1. Plin. lib. 7. c. 48.* qui idem L. Volusio Saturnino tribuit.

Literati homines.

Fertur epigramma quoddam Pindari de Hefodo:

ἦτοι δὲ ὀφθαλμοῖς, ἢ δὲ οὐκ ἀνασθαιρας

ἦτοι δὲ ἀποπνεύσειν ἢ οὐκ ὀφθαλμοῖς.

Eum bis pubulisse dicit, extremam senectam significans, quasi pueritiam referat. Bis item sepultum, quod cum in Loeris occisus, & in mare abjectus esset, Loerenses cadavere agnito, auctores cædis comprehensos in mare præcipitavit, & Hefodum in Nemeo sepeliretur. *Plut. in Convivio septem sapientum Erasmi. in proverb. Hefodis senectæ.*

EPIMENIDEM Gnosium Theopompus dicit septem, & quinquaginta, & centum ann. vixisse. *Val. Max. lib. 8. cap. 14. 1. Plin. lib. 7. cap. 48. Laert. ex Phisgone.* Ad Cretenfes cum 299. vixisse ajunt.

DEMOCRITUS ABDERTES, an. civ. mortuus est abstinentia cibi. Totidem annos vixit Cæcilius historiae scriptor, & (ut in Anallibus Apollodorus refert) mer deambulandum vivendi finem fecit. *Agatharchides lib. 1. Hist. Athene 9. scribit, Pliet. historiarum; cum is & temporis multum in expeditionibus*

accepti: Eques autem, a quo clam fuerat educatus, Latronis: a qua familia in Hispania ad huc extat non ignobilis. *Marineus lib. 8. rerum Hispanor.*

S O N T E S, N O X I I.
Vide Titulum, Absoluti innocentes, fones, Quorum hoc Iustitia, illud Iustitia est.

VITÆ CONSERVATIO RESPECTU AUCTORUM, SIVE CONSERVANTIUM.
In vita conservati à Damonibus.

Spodris.
Pennis, & Siculis societatem contra populum Romanum molentibus, dux Metellus uni sacrum non fecit Vestæ. Hæc veniens navibus adversum excitavit. Ibi C. Julius aruspex quieturum ostendit, si namq. immolasset. Ille exprimente necessitate Metellam altari admovit. At miserans eam Vestæ buculam in loco ejus subiecit, puellamque in Lamufum deportavit, Sacerdotemque draconis, qui apud eos colitur, creavit. Ut est auditor *Ptolet. lib. 3. rer. Ital. Plut. de Græc. & Rom. comparat.*

IPHIGENIA filia fuit Agamemnonis, & Clytemnestræ, cumque classis Græcorum in Aulide Bœotia, quæ est contra Eubœam insulam, staret, Agamemnon cervam Dianæ occidit. Ob quod factum dea adversos ventos flare iussit, tum & pestem immisit in copias Diis consultis, renunciavit Calchas placandam esse Dianam sanguine Agamemnonis. Ulysses Mycenas misit, specie nuptiarum Iphigeniam à matre abduxit: cumque ad aram sub idu staret, miseratione diæ subtrahita est, & cervæ substituta, ipsaque virgo in Tauricam Cherfoneum ad Thoantem regem adducta, præfecta est Sacerdotio Dianæ Tauricæ, cui homines mactabantur. Eò cum venisset Orestes frater ejus, ambo communicato consilio regem occiderunt, migraruntque Ariciam Italiæ. *Eurip. in Iphigenia. Ant. Liber. ex Nicandro affert* translata in Euxinum pontum, ad Thoantem Borythenis F. nomenque ei genti fecisse Tauros, quia loco Iphigeniæ ad aram apparuisse tauros.

DION Trajanum Imperat. scribit in horrendo terræ-motu Antiocheno per miraculum servatum esse, cum ab aliquo humana statura majori inter restorum ruinas per fenestram subtrahis esset. Quævit dehinc aliquot dies ob formidinem sub C. dio, & tabernaculis publicis in Hippodromo.

AMURATIS II. in secretori loco noctu sedens, è tabula quadam præcipitatus in cloacem, cum nec clamore ullo, nec labore proprio præsens periculum effugere posset, mox sanctum aliquem, qui huic necessitati opitularetur, invocavit. Et ecce habitu religiosorum quidam apparet, regem lecto suo illatum restituit, ac evanuit. *Cyprianus.*

H O M I N I B U S.
C O N S U L T O. Putà à *Magistrato.*

SANDOCEM Thaumasi F. Cumæ Ætolidis præfectum; Darius in cruce abigi iussit, quod cum è regis iudicibus esset, iniquam sententiam ob pecuniam tulisset. Sed ejus in cruce suspensi Darius reputans plura peccatis esse beneficia in domum regiam collata, hominem solvit. Ita tunc vita donatus, ad Artemisium in Græcos delatus, cum xv. navibus perit, sub Xerxe. *Herod. lib. 7.*

METELLUS fortunatissimus ille, in ipso dignationis flore à Catino Labone Macrone Tribus plebis (quem è Senatu censor eiecerat) revertens è campo, meridiano tempore, vacuo foro, & Capitolio, ad Tarpejum raptus, ut præcipitaretur, D. agrè Tribuno, qui intercederet, reperto, alieno postea vixit beneficio. Et tamen inter tot Metellos scelerata Catini auidacia mansit inulta. *Plin. lib. 7. cap. 44. vide paulò post. Multieribus.*

MARDOCHÆUS Judæus cum Aman Amalechitæ honorem adorando exhibere nollet, quod cum honorem soli Deo convenire sciret: Aman tanto eum odio prosequi cepit, ut apud regem Artaxerxem, apud quem in maxima erat auctoritate, edicto imperavit, uti die 12. mensis Adar omnes Judæi sub Perfarum regno habitantes, interficerentur: crucem quinque annos quinquaginta cubitorum erexit, in qua Mardochæum suspendederet. Verum cum manè ad regem pervenisset: supplicium Mardochæi impetraturus, rex qui eam noctem infomnem egerat, & temporis fallendi causa commentarios regio perlegisset, argue Mardochæum Judæo, pro detecta jam olim duorum spadonum conjuratione, gratiam nondum relatum cognoverat: Aman accessit curavit, ejusque consilio usus est, quomodo optime meritis amicis honorare deberet. Aman eum honorem sibi à rege conferendum sperans, hominem in

equum tolli consului regis vestibus indutum, torque donatum, præcedente regis amico, qui proclamaret: Sic à rege benemeriti honorabuntur. Tum rex Aman tanquam amico intimo imperavit, ut Mardochæo ea ratione per urbem circumduceret. Paruit Aman invictissimus. Mox Esther regina intercedente, & pro Judæis supplicante, cum Artaxerxes Aman malevolentiam perpexisset, Aman in eam, quam Mardochæo paraverat, crucem tolli, cum decem filiis suis imperavit: & Judæis, ut die 13. Mensis Adar, qui eorum exitio destinatus fuerat, de suis inimicis penas fumerent, edicto permisit. Itaque cæsi sunt Suis eo die 500. Judæorum inimici: in reliquo verò regno, 75. millia: eorum tamen bona non diripiuntur. Die 14. regis iussu diem festum egerunt omnes Perfarum imperio subiecti: & Judæi dies illos quotannis adhuc festos servant, Phuræa nominantes, à fortis nomine, quam Aman in Judæorum perniciem jecerat: vel certè, quod forem excidit à Judæis in inimicos Deus transfulisset. *Josephus Phuræa, id est, conservatoria appellat.* Mardochæus autem Aman locum apud regem obtinuit, & regis anulum, omnemque Aman facultates ad Esther reginam dono datus occupavit. *Esther historiam vide, Josephum lib. 11. cap. 6.*

Liberis.

Ex Titulo, & Fidei in parentes, huc non pauca.

ANTIOPE Nyctei filia cum esset à cive quoddam vitata, pater eam ad fratrem Lycum misit, ut de ea supplicium fumeret. At ille, quod uterum ferre videret, miserus, pepererat. Itaque peperit Zethum, & Amphionem, quos ille in montem abiecit. Erat autem huic uxor nomine Dirce, quæ simul, atque sensit virum suum Lycum Antiope captum amore, puellam in montem abductam tauri cervicibus alligavit, suspensis à cornibus tædis ardentibus. Verum ad vociferationem Antiope concurrunt, utrumque in vicinis rufficis, tum ab Amphione, & Zetho, qui matrem agnitam eripuerit, & à Dirce penas sumptere. *Erasm. in Adag.*

PRATERIAT L. Metellus Macedonicus, cum censor esset, in recensendo senatu C. Attium Labonem. Is postea Tributus plebis factus, Metellum jam privatum è campo meridiano tempore, & cum vacuo foro revertentem violentè raptum ex Tarpeja rupe præcipitari iussit. Trahebatur vir nobilis ad crudele supplicium, periturus, nisi filii trepidò de patre nuncio domo exiit, præstò illi affuissent. Qui vix Tribuno uno reposito, qui pro patre intercederet, ab ipso mortis limine revocant. *Sab. lib. 1. Enn. 6.*

Conjugibus.

Vide Tit. Fidei in Maritos.

LINCUS Ægypti F. trucidatis xlx. fratribus à suis sponfis filiabus Dana, qui Ægypti frater erat, unus superstes mansit Hypermetræ sponse beneficio. *Pauf. in Corinb.*

Hostibus.

FERDINANDUS DAVALUS Caroli V. peditum in Italia dux, Pistonem oppidum obsessurus, dum medius inter Bustium, & Mercadum centuriones ponticulum transfret, & quidam ex hostibus in eum sedulo collinearit, ignemque jam jam immitteret: Ticienensis centurio, cognomento Fraterculus, injepta manu accensum funiculum avertit, alta voce inelamans: Dii prohibeant, ut hodie duem fortissimus, atque idem militem patens, & qui nos, vel hostes alii, nostra favitia concidat: quin potius servemus, ut superfit, qui bella ex bellis ferat, ne nobis H. qui stipendia sequimur, segni in pace fame sit pereundum. Erat enim adeò propinquus arci, ut ab toto corporis habita, & à rutula præsertim barba facile nosceretur. *Jov. in Piscario lib. 3.*

Tutoribus.

FROTHO Danorum rex, Harald fratris, cui tres maritima credata erat, successibus invidibat. Eorum quinque annos conjuges Sygne, & Ulwilda, altera Svecie rege Sycardo, altera Carolo Gothiæ præfecto orta, celebri nobilitatis contentione rixantes maritorum iras exasperaverat. Frotho fratrem per insidias interfecit: ejusque filios Haraldum, & Haldanum ex Sygne filios interceptos ad necem quærebat. Eorum alterum lupinus pedes calcans subsidentes, pro operam viribus humum obrantes, subinde ventularum cruciatorum artem hinc inde spargentes, devoratorum ut ludis pucorum fidem fecere. Pueri inde à tutoribus cava conclusi illic, sub canum specie nutriebantur. Solos Frotho latebræ locum è maga cognov-

edgnoscere instituit. Cujus carminum tanta vis erat, ut rem quamvis, vel è longinquo ad contactum evocare posse videretur. Hæc Regionem quandam occultè circa illos educationis officium peregrisse, coque tegenda rei gratia caninis insidivivis nominibus astruere. Pueri cum se inusitata carminum violentia latibus extrahi sentirent, gremium veneficæ accepto à turoribus auro perfuderunt. Illa recepto munere, repentina morbi simulatione par exanimi concidit, & inferu-talis filiorum Harald fugam existere affirmavit, quorum vis etiam atrocissimos carminum temperaret effectus. Post hæc Regino in Feoniam utroque devexit. Frotho reconciliatus, pollicitus est, si quid ab illis novaretur, se id regi indicaturum. Ergo cum illi multò post Sialandiam petivissent, Regino noctu regiam petit, seque promissæ rei indicem venire tacite asserit. Dormientem tamen excitate noluit, quod Frotho excitationis suæ penas morte punire solitus erat. Frotho manè contracto milite illos circumdare statuerat. Cæterum illi cum se è improviso occupari conspicerent, perinde ac furis acti discurrere cœperunt. Quos cum Frotho mente captos putaret, desorme exillimavit amentes aggredi. Illi noctu regiam adorti, regiam in excipis lapidibus obruere: igne deinde ejecto. Frotho enim in excipis specus recessus compulsum, vapore, & fumo suffocaverit. *Saxo lib. 2.*

Servis, Fausis.

TELAMON, Æaci, & Encidis filius, ingressus Eubœam, compressit Virginem quandam, ac nocte profugit. Quod ut pater rescivit, puellam dedit cuiquam ex satellitibus suis submergendam. Hic misericordia ejus ductus, diraxit eam. Cum navis Salaminem applicuisset, mercatus est Telamon puellam, quæ eodidit Ajacem. Id apud Aræadem Gnidium est libro 11. de rebus insularibus. *Plutarchus de Græcor. & Roman. comparat.*

L. TROSCIO filia fuit Florentia nomine à patria sumpto. Hanc compressit Calpurnius Romanus. Puellam ille fluctibus dedit obruendum: quæ stipatoris miseratione fuit venundata. Cum foret ad Italiam navis appulisset, Calpurnius comparavit eam, multique ex ea Contrucum. *Plutarch. de Græcor. & Rom. comparat.*

CERVUS ramo uno cornuum zona Basilii Macedonis Imperatoris infixio, eum cornibus suspensum sublimem ferebat. Ibi quidam accurrens, ensc dissecta zona, Imp. eripuit: cui is mercedem speciosa fuz præclaram reddidit, felicit capitis truncationem: felici causa quæzita, quod ensem contra Imp. strinxisset. *Zonaras.*

Anno 1544. cum exercitus Germani Imperii Pestam oppidum frustra oppugnasset: Mauritius Saxoniz dux eo in bello militans è castris quoddam die progreditur, uno solùm comitante satellite: incidit in Turcas aliquot, manus conserit, & equo confosso in terram esfunditur. Ibi famulus Germanus, genere nobilis, corpore toto superincumbens jacentem proterit, & tantisper illos sustinuit, donec equites supervenirent, & principem eriperent.

FORTUITO.

JASONI Phææo hostis in acie vomicans gladio aperuit, quam sanare medici non poterant. *Cic. 3. de Natur. deor. Plutarch. lib. Quis interfit inter adulatorem & amicum, Pro-metheo Thesalo hoc evenisset ait. Simplicius in 2. Nat. Aulo. Prometheum tyrannum vocat.*

HELIOGABALUS Imp. Fabium Sabinum Jurecos. occidi iussit. Centurio Suralter in exilium agendum subintellexit. Itaque in alieno vitio servatus est. *Spartianus.*

HEREMIAS THIRIVRUS BRACHELIUS, medicus Lovanien-sis eruditus, & in medendo felix, Antuerpiam vocatus ad ægrum quandam magni nominis, cum toto die cum amicis comessatus esset, noctu diversorium vino madidus petit, insalutato agro dormitum se confert. Accidit, ut ea nocte ægrum novè vis catarrii in pectus decumbens vehementer assiligeret. Adstentium unus è subsolatione metuens ad cubiculum Bracheli perperat, stertentem excitat, consilium petit. Brachelis semisomnis, de sententulo se consulti ratus, quia stiebat: Cervicem calidam cum saccharo, & panis mica affert, inquit. Alter id agro consilii datum putans, ossam protinus obtulit, & pituitam faucibus tenaciter adherentem hoc potus genere diluens, & abluens, momento temporis ægrum restituit.

Venerat ad Joannam Reginam Sfortia Magnus, cum illa B. L. Teat. vit. Human. Tom. VII.

gravi tum ad Neapolim Autumito, Cajetam cum Sergiano amatore fecisset, atque unà rex Alphonfus à regina adoptatus in Formiano litore inter fontes, & cictorum sylvas, vitandæ festus causa versaretur, ut cum ambobus, post reditas Acceras, de stipendiis, ac oppidorum possessione disputaret. Invasit repente Regis animus sæva libido Sfortia tollendi. Is enim unus erat, qui virtute animi, & bellicis viribus terribilis, offuturus esse videretur, si ambitioso animo spes suas proferre, & apertè regnum invadere vellet. Sed Sfortia magno, & planè regio comitatu, multisque fortibus alarum præfectis temper stipatus, nequaquam sine incipiti periculo comprehendi posse videbatur. Excogitavit itaque dolum Rex peracutus, titemenque confendit, invitato Sfortia, ut honoris causa fecum legato pontificio obviam venire minime gravaretur. Is erat fonsca Cardinalis, qui ad eam à Martino V. mittebatur. Nec dubitavit Sfortia, quin pariter confunderet, nihil de Catalamorum perfidia suspicatus, utpote qui ad aperta ingenii animi fiducia, nihil fibi infonitumendum arbitraretur. Parata jam erant compedes, & laqueus, more gentis, faccusque, quo involutus profundo mergeretur, cum id promontorium, in quo mirabile Planci sepulchrum late conspicerit, transectis celestibus opinionione omnium, è Speluncano litore Legati turem apparuit. Tum verò Alphonfus, qui jam in recessum extrema puppis fecleris ministros evocarat, ab incepto desistit, nec publici officii caremonias, tanti facinoris atrocitate conturbaret. Ita Sfortia servatus est, cum eum Sfortiani omnes, tanquam fato fundum, verissimis lacrymis fluxissent. *Jovius in vita Magni Sfortia.*

Germanum quandam militem Turcæ in Ungaria ceperrant, & ut de eo conservando, trucidandove deliberaret, vestibus exuerant. In sinu ille palli pfectum nostris hominibus usitatum habebat, memoriæ causa, in quo unus contubernialium paucos ante dies stulti effigiem per jocum descriperat. Bæ delineatione Barbari delusi, pictura peritum hominem esse concientes, ut ex capriante quantum faceret uberiorer, vita donant, & Constantinopolim abducunt. Ibi demum Gallorum regis legati opera redemptus est. Ergo ut alii sapientibus, hic certè stulto vitam debere videtur.

BRUTIS. Servati ab *Avibus.*

HISTORIUM Ptolemæi Socratis *Vide antè, Titul. in vita conservat.*

PENELOPE ab Icaro, & Peribœa parentibus in mare projecta à Penelopibus avibus nutrimentum suscepit, & nomen, cum prius Arnea diceretur.

Cum in Græcia decem, & sex menses quandam è focis aquatum misissent, reperit is apud fontem serpentem, qui complexus aquilam artissimis eam spiris implicatam suffocabat. Ille ut falce messoria armatus erat, audacter progressus, serpo serpentem dissecuit, aquilam liberam abire permisit, cumque hausta in urnam aqua rediisset, focis singulis poculum ministravit: mox cum & ipse quoque bibere vellet, præstò adfuit aquila, quæ poculum ab ore dispulit ejectum procul: dumque messor factum miratur, & aquilam, quam probè noverat, increpare, eamque apud focios ingrati animi ream agere meditatur, videt eos, & hic, & illic concidentem vitam exhalare: unde simul & aquam, quam illi biberant, veneno infectam, & se periculo subductum intellexit, beneficiumque in volucrum optime collocatum, manifestissime cognovit. Historiam latè descripsit *Crates Pergamensis philo-sophus. Stephoborus Græco carmine profectus est. Pier. Val. lib. 13. de Hieroglyphicis. Elian. lib. 17. cap. 37.*

LEO Basilii Macedonis Imp. F. à quodam momacho Theodoro Sandabareno, apud patrem insidiarum causa delatus, in carcerem conjectus, tandem hoc modo liberatur. In palatio pistacis in cavea suspensus vociferari sæpius solebat: Heu, heu domine Leo. Quod ipsum cum quodam tempore, quo ad convivium Imperator Senatores præcipuos vocasset, aliquoties reiterasset, mox stitia oborta, convivæ cibo, potique omisso cogitandi sedebant. Quod animadvertens Imperat. causam tristiciter perquiri. Illi oculos lacrymis opplet: Qui inquit Imperator, cibum capiamus, voce bestie hujus oburgati, nos qui rationis composites, & dominorum studio credimur? Bruta hæc avis domini sui nomen invocat: nos luxuri dediti, infontem oblivioni mandamus. His verbis mitigatus Imperator, Leonem carcere eductum in conspectum suum admittit, vestem lugubrem demit, eamque superfluam au-